JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 284r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Sequuntur questiones principales d. 10. an.
disputate sup regl. iu. li. vj

Arctat statutum doctores legentes et ut questiones disputandas in certam diem in scriptis stacionario tradat doctor privilegiatus qui disputare non tenetur disputavit sed questionem stacionario non tradidit Queritur an ceciderit in statutum — Accessorium

An papa possit dispensative concedere quod matrimonium contraherentur duraturum solummodo usque quo filius masculus ex matrimonio haberetur — Actus legittimi

Datus est executor per papam ad providendum michi de beneficio in certa ecclesia Queritur an ~~possit~~ providendo de beneficio per latrinensem concilium ad papam devoluto canonica esset institucio — Beneficium ec.

An res et pena simul peti possint — Bona fides

Monachus deferet habitum monachalem sed coopertum habitu clericali an sit appostata — Certum est

An episcopus adque devolutum erat ius eligendi abbatem in monasterio sancti S. teneatur eligere de gremio sancti Pauli cum monachi sancti S. teneantur ad id. — Contra cum

Advocatus pro certo salario annuo vel feudo convenit pro cinari monasterio sancti A. in omni sua causa et idem fecit sancto monasterio sancti B. Hec duo monasterio litigant in fine queritur cui ex illis pro cinari debet

An pro eodem salario teneatur pro cinari advocatus appellacionis causam ex quo simpliciter recepit eam — Contractus

infirmus An medicus reciduitatem pro salario convento curare debet et teneatur

An advocatus meus cui convenerat dare centum si obtinuerit causam si transigo cum adversario debeat habere centum

Utrum advocatus debeat habere totum salarium conventum ab herede ticii intentante accionem quam ignoravit elidi posse ex persona ipsius ticii

An episcopus faciens contra statutum suum incidat in eius penam Bononiensis episcopi statutum excommunicavit ludentes ad hasardum ludit ipse episcopus vel eius metropolitanus cum ticio de predicto statuto consilii Queritur an sint excommunicati. — Cum licet